



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Candela Evangelica

Landsberg, Johannes Justus

[Köln], 1526

VD16 J 1187

Illustratum xiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34415

eo subdiderit iniquis iudicibus, ministris, et potestati-
bus, atque humanis legibus.

Illustratum .xiiij.

Superius inter leges, que vim habent obligandi, posita est lex diuina, ad cuius perfectam impleti-
onem (vt ibidem dictum fuit) per sanctos patres spiritus
sanctus certos viuendi modos et leges instituit, ad
quas tamen nemo obligatur, nisi professus earum, pro-
pter quam professionem seu votum ille leges vim ob-
tinent obligandi, etiam in foro conscientie, vt scriptura sa-
cra testatur Numeri. 30. Si quis virorum votum domino vo-
uerit, aut se iuramento pristinaverit, non faciet irritum
verbum suum, sed omne quod promissit, implebit. Hec
precepit ibidem dominus deus. Vtrumque est obligatorium, vo-
tum tamen magis. Cuius ratio est: Quia obligatio vo-
ti causatur ex fidelitate, quam deo debemus. Ad quam
requiritur, quod ei promissum soluamus. obligatio autem iu-
ramenti causatur ex reuerentia, quam debemus ei, ex
qua tenemur quod verificemus id quod per nomen eius pro-
mittimus. Omnis autem infidelitas irreuerentiam conti-
net, sed non e contra. Vnde et infidelitas serui ad dominum
videtur esse maxima irreuerentia ad ipsum. Et ideo vo-
tum ex sua ratione magis est obligatorium quam iuramen-
tum. Quatum vero deo displicet votum infidele, ostendit
spiritus sanctus per Ecclesiasten ca. 5. dicens: Si quid
vouisti deo, ne moreris reddere, displicet enim ei infide-
lis et stulta promissio, sed quodcumque voueris redde.
Dicitur promissio infidelis, quando votum non red-
ditur. Dicitur stulta, quoniam est de re illicita, vel impossi-
bili, vel de re que non cedit in honorem dei, vt leuam
refestucam de terra. Ex predictis vero manifestum
est, quod votum obligat ad id quod vouit quis fide-
liter implendum.

Illustratum .xiiij.

Supradicti vero modi viuendi aut leges non dis-
crepant, nec elongant neque recedunt a lege diuina
seu euangelica (vt quidam velut infernalis canes